



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Decretum de sanctiſſimo Eucharistiæ Sacramento.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

SESSIO DECIMATERTIA,

QVÆ EST TERTIA

SVB IVLIO III. PONT. MAX. CELEBRATA DIE XI. OCTOB. M. D. LI.

Decretum de sanctissimo Eucharistia Sacramento.

ACROSANCTA œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, presidentibus in ea ejdem sanctæ Sedis Apostolicæ Legato & Nuncijs, etsi in eum finem, non absque peculiari Spiritus Sancti ductu & gubernatione conuenerit, ut veram & antiquam de fide & Sacramentis doctrinam exponeret, & ut hæresibus omnibus & alijs grauissimis incommodis, quibus Dei Ecclesia miserè nunc exagitur, & in multas & varias partes scinditur, remedium affereret, hoc præsertim iam inde à principio in votis habuit, ut stirpitus conuelleret zizania execrabilium errorum, & schismatum, quæ inimicus homo his nostris calamitosissimis temporibus *β in doctrina fidei, vsu & cultu sacrosanctæ Eucharistia superseminauit*: quam alioqui Saluator noster in Ecclesia sua, tamquam symbolum reliquit eius unitatis & caritatis, qua Christianos omnes inter se coniunctos & copulatos esse voluit. Itaq; eadem sacrosancta Synodus sanam & sinceram illam de venerabili hoc & diuino Eucharistia Sacramento doctrinam tradens, quam semper Catholica Ecclesia, ab ipso Iesu Christo Domino nostro & eius Apostolis erudita, atque à Spiritu sancto, illi omnem veritatem in dies suggerente, edocta, retinuit, & ad finem vsq; sæculi conseruabit; omnibus Christi fidelibus interdicit, ne posthæc de sanctissima Eucharistia aliter credere, docere, aut prædicare audeant, quam ut est hoc præsentis decreto explicatum atq; definitum.

*h. Lude 22.
c. 1. vers. 17.
pro te 1. dist.
et infra 6. ff.
de cap. 1. et
supra Sess. 5.
Iohan. 16.*

REMIS-

REMISSIONES.

Vide Alan. de Euchar. Valent. eod. tract. Card. Bellarm. lib. 2. de Eucharist. P. Henriq. in sum. li. 8. de S. Eucharist. P. Gabr. Vafquez in 3. p. D. Thom. tom. 3. q. 73. disp. 177. cum seqq. nouissimè P. Egid. de Conink. de Sacram. & censuris. quest. 73. per totam. Petr. Ledet. in sum. p. 1. tract. Del excellentissimo Sacramento del Altar, que se llama Eucharistia. In doctrina Fidei, usu, & cultu sacrosanctæ Eucharistia super seminariis. Vide P. Henriq. in sum. lib. 8. in proem. §. 6. Sor. de iust. in 4. dist. 1. qu. 6. art. 3.

CAPVT I.

De reali presentia Domini nostri Iesu Christi in sanctissimo Eucharistia Sacramento.

PRincipio docet sancta Synodus, & apertè ac simpliciter profiterur, in almo S. Eucharistia Sacramento, *b* post panis & vini consecrationem, Dominum nostrum IESUM Christum, *a* verum Deum atque hominem, verè, *a Ioan. 1.* realiter, ac substantialiter sub specie illarum rerum sensibilibus contineri, nec enim hæc inter se pugnant, *b* vt ipse Saluator noster semper ad dexteram Patris in cælis assideat, *bc. 1. de sum. Trin. supr. Sess. 3. in Symbolo. Ephes. 1. Matth. 19. in fin.* iuxta modum existendi naturalem; & vt multis nihilominus alijs in locis sacramentaliter præsens sua substantia nobis adsit, ea existendi ratione, quam etsi verbis exprimere vix possumus, *c* possibilem tamen esse Deo, cogitatione per fidem illustrata, assequi possumus, & constantissimè credere debemus: ita enim maiores nostri oēs, quotquot in vera Christi Ecclesia fuerunt, qui de sanctissimo hoc Sacramento disseruerunt, apertissimè professi sunt, hoc tam admirabile Sacramentum in vltima cæna Redemptorem nostrum instituisse; cum post panis viniq; benedictionem, se suum ipsius Corpus illis præbere ac suum sanguinem, disertis ac perspicuis verbis testatus est. *d* quæ verba à sanctis Euangelistis commemorata, *e* & à S. Paulo postea repetita, cum propriam illam & apertissimam significationem præ se ferant, secundum quam à Patribus intellecta sunt;

bc. 1. de sum. Trin. supr. Sess. 3. in Symbolo. Ephes. 1. Matth. 19. in fin. c. Matth. 19. Luc. 14. d. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. c. 1. Cor. 11.

H 3 indi

Sancti Iesu Christi
in decan
sacramentum
eucharistia

indignissimum sanè flagitium est, ea à quibusdam contentiosis & prauis hominibus ad fictitios & imaginarios tropos, quibus veritas Carnis & Sanguinis Christi negatur, contra vniuersum Ecclesiæ sensum detorqueri: quæ tamquam a columna & firmamentum veritatis, hæc ab impijs hominibus excogitata commenta, velut Satânica, detectata est, grato semper & memori animo præstantissimum hoc Christi beneficium agnoscens.

REMISSIONES.

Vide P. Henric. in sum. p. 2. lib. 8. c. 20. à princ. optimè Bald. J. nium super opera controu. Bellarm. p. 2. lib. 3. c. 1. à princip. c. 2. vers. At sententia communis scholarum, P. Valer. Regia in praxi fori pœn. li. 29. nu. 9. P. Ægid. de Sacram. & censuris, tom. qu. 78. n. 14.

β *Post panis, & vini benedictionem.*] Verùm benedictio illa Christi super panem fuerit distincta à consecratione? Affirmant P. Soard. Sacram. disp. 58. lect. 2. P. Ægid. d. disp. 78. n. 14.

γ *Quæ verba à sanctissimis Euangelistis commemorata.*] Horum verborum meminerunt omnes Euangelistæ, ac etiam S. Paulus, videlicet Matth. c. 26. vers. 26. Marc. c. 14. vers. 22. Luc. c. 22. vers. 19. Ioan. 6. vers. 25. & 1. ad Corinth. 11. vers. 24.

CAPVT II.

Deratione institutionis sanctissimi huius Sacramenti.

ERgo Saluator noster, discessurus ex hoc mundo ad Patrem, **β** *per Sacramentum hoc instituit*, in quo diuitiis diuini sui erga homines amoris velut effudit, **b** *memoriam faciens mirabilium suorum*; **c** & in illius sumptione **d** *re nos sui memoriam præcepit*, suamque annuntiare mortem donec ipse ad iudicandum mundum veniat. Sumi autem voluit Sacramentum hoc, tamquam spiritualement animarum cibum, quo alantur & confortentur viuentes vitæ huius, qui dixit, **d** *Qui manducat me, & ipse viuet propter me*; & tamquam antidotum, **e** *quo liberemur à culpa quotidianis, & à peccatis moralibus præseruemur.* **ζ** *Signum prætereà id esse voluit futura nostra gloria, & perpetuæ felicitatis ad eam*

β *Psal. 110.*
b *1. Cor. 11.*
**Luc. 22.
**1. Cor. 11.
c *Itoratur. de*
conf. disp. 2.****

d *Ioan. 6.*

deoque; symbolum vnus illius corporis, a cuius ipse ca-
pur existit, cuique nos, tamquam membra atctissima, fi-
dei, spei & caritatis connexione astrictos esse voluit;
vt idipsum omnes diceremus, b Nec essent in nobis schif-
mata.

a. 1. Cor. 11,
Ephes. 5,
Rom. 12,
1. Cor. 5,
b 1. Cor. 7.

REMISSIONES.

Vide P. Ægid. de Conink. de Sacram. q. 78. num. 21. P. Vasquez in
3. p. D. Thomæ, tom. 2. disp. 169. num. 15. P. Valeri. Reginald. in pra-
xifori pœn. lib. 29. à num. 9.

¶ Sacramentum hoc instituit.] Institutum fuisse hoc Sacramentum
Matth. 26. quando Christus in Cœna suum corpus, & sanguinem
cōsecrauit, docent Ambros. lib. 4. de Sacram. cap. 4. & 5. & in libro de
iniciandis myster. cap. 9. Damascen. lib. 4. c. 14. ad finem, D. Thom. in
4. dist. 8. q. 1. art. 3. & p. 3. q. 73. ar. 3. Sayr. de Sacram. in genere lib. 2. c. 2,
q. 3. art. 1. vers. De Eucharistia Sacramento, P. Henric. in sum. lib. 8. c.
2. §. 2. P. Vasquez d. tom. 3. disp. 177. à princip. P. Valeri. Reginald. d.
lib. 29. num. 9.

¶ Vtrum præcepto diuino teneamur aliquando ad huius. S. Sacra-
menti susceptionem? Affirmant P. Valent. disp. 6. q. 8. puncto 4. P. Æ-
gid. de Sacram. disp. 80. à num. 87. P. Soar. tom. 3. disp. 69. sect. 1. P. Va-
leri. d. lib. 29. à num. 57.

¶ Colere nos sui memoriam præcepit.] Concordat text. in cap. iteratur,
de consecr. dist. 1. & illud Lucæ 22. vers. 19.

¶ Quo liberemur à culpis quotidianis.] Vide Petr. Ledef. in sum. p. 1.
tract. de Eucharist. cap. 10. concl. 10.

¶ Pignus prætersa id esse voluit futura nostre gloria.] Vide Vasquez
d. disputat. 169. num. 13. Pet. Ledefm. in sum. p. 1. tract. de Euch. cap. 10.
concl. 6.

CAPVT III.

De excellentia sanctissimæ Eucharistia super reliqua
Sacramenta.

Commune hoc quidem est sanctissimæ & Eucha-
ristia cum cæteris Sacramentis, symbolum esse rei
sacrae, & inuisibilis gratia formam visibilem: verum illud
in ea excellens & singulare reperitur, d quod reliqua
Sacramenta tunc primum sanctificandi vim habent,
eum quis illis vitur: at in Eucharistia ipse sanctitatis
auctor ante vsu est. nondum enim Eucharistiam

ca. sacrifi-
cium, de cōs.
dist. 2.
d. c. multi.
1. q. 1.

H 4

4 de

a. Matth. 26. Marc. 14. a de manu Domini Apostoli susceperūt, cum verè tamen ipse affirmaret Corpus suū esse quòd præbebat. & semper hæc fides in Ecclesia Dei fuit, statim post consecrationem

b. infra Can. 1.

b verum Domini nostri Corpus, verumq; eius Sanguinè sub panis & vini specie vnà cum ipsius anima & diuinitate existere; sed Corpus quidè sub specie panis, & Sanguinem sub vini specie, ex vi verborum; ipsum autem Corpus sub specie vini, & Sanguinem sub specie panis, animamq; sub vtraque, vi naturalis illius connexionis & concomitantia, qua partes Christi Domini, c qui ià ex mortuis resurrexit, non amplius moriturus, inter se copulantur: Diuinitatem porro propter admirabilem illam eius cum corpore & anima hypostaticam vnionem. Quapropter verissimum est, d tantundem sub alterutra specie, at que sub vtraq; contineri. totus enim & integer Christus, sub panis specie, & sub quauis ipsius speciei parte, totus item sub vini specie & sub eius partibus existit.

e. Rom. 8. c. simul Christi, c. ceteratur e. singuli. & c. qui manducant, de cons. dist. 2. infra Can. 3. d. Sess. 22. c. 3. Vide Homil. 3. de pascha. inter eas qua Euf. Emissiono ascribuntur. & de cons. dist. 2. ubi pariter est, & c.

REMISSIONES.

a. Vide P. Henricq. in sum. lib. 8. cap. 20. §. 3. lit. R. & ca. 26. §. 2. lit. N. & R. Bald. Iunium super opera controuerf. Bellarm. p. 2. lib. 3. c. 5. P. Gabri. Vasquez in 3. p. D. Thomæ, tom. 3. disp. 186. nu. 5. P. Regid. de Sacram. q. 76. n. 2. cum seqq. & q. 79. n. 35. Cardin. Bellarm. lib. 4. de Eucharist. cap. 29. & 30. P. Soar. tom. 3. disp. 39. sect. 2. P. Valeri. Regi. in praxi fori pœnit. lib. 29. num. 4. & 5. Petr. Ledesm. in sum. p. 1. tract. de Euchar. cap. 7. concl. 1.

CAPVT IV.

De Transsubstantiatione.

e. I. uen. 21. Ioan. 6. 2. Cor. 13.

b. Quoniam autem Christus redemptor noster, Corpus suum id, e quod sub specie panis offerebat, verè esse dixit; idèd persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, idq; nunc denuò sancta hæc Synodus declarat, per consecrationem panis & vini conuersionem fieri totius substantiæ f panis in substantiam Corporis Christi Domini nostri, & totius substantiæ vini in substantiam Sanguinis eius. quæ conuersio conuenientèr & propriè à sancta Catholica Ecclesia Transsubstantiatio est appellata.

f. c. panis. de cons. dist. 2. c. cum Mar. abn. de celeb. mis. infra Can. 2. in 2. Later. Conc.

REMISS.

REMISSIONES.

Concordat text. in cap. Panis, de consecrat. distinct. 2. ca. Cum Marthæ, de celebrat. Missar. Vide P. Henriq. in sum. p. 2. li. 8. c. 22. P. Vasquez in 3. p. D. Thom. to. 3. q. 75. disp. 181. P. Egid. de Sacram. q. 75. n. 49. cum seqq. & à nu. 171. tom. 1. P. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. li. 29. à nu. 34. P. Valent. tom. 4. disp. 6. qu. 3. 4. & 5. P. Soar. tom. 3. q. 38. Petr. Ledel. in sum. p. 1. tract. de Eucharist. cap. 6. concl. 1. cum seqq.

CAPIT. V.

De cultu & veneratione huic sanctissimo Sacramento exhibenda.

Nullus itaque dubitandi locus relinquitur, *a* quin omnes Christi fideles pro more in Catholica Ecclesia semper recepto, *b* latrice cultum, qui vero Deo debetur, huic sanctissimo Sacramento in veneratione exhibeant. neque enim ideò minus est adorandum, quòd fuerit à Christo Domino, ut sumatur, institutum. nam illum eundem Deum præsentem in eo adesse credimus, quem Pater æternus introducens in orbem terrarum, dicit: *b* Et adorent eum omnes Angeli Dei. quem Magi procidentes adorauerunt; *c* quem denique in Galilæa ab Apostolis adoratum fuisse, Scriptura testatur. Declarat præterea sancta Synodus, piè & religiosè admodum in Dei Ecclesiam dinductum fuisse hunc morem, ut singulis annis, *d* peculiari quodã & festo die præcellsum hoc & venerabile Sacramentum singulari veneratione ac solemnitate celebraretur, *e* et utq; in Processionibus reuerenter & honorificè illud per vias & loca publica circumferretur. Equissimum est enim, sacros aliquos staturos esse dies, cum Christiani omnes singulari ac rara quadam significatione gratos & memores testentur animos erga communem Dominum *f* & Redemptorem pro tam ineffabili & planè diuino beneficio, quo mortis eius victoria & triumphus repræsentatur. Atque sic quidem oportuit victricem veritatem de

a infr. can. 6.
b Psal. 96.
Heb. 1.
Matth. 2.
c *Matth. 28.*
Luc. 24.
d *Vrb. an.*
Pap. citatus
Clementina.
rum li. 3. de
reliq. & ven.
sanct.
e *Infr. can. 6.*
f *1. Cor. 15.*
Heb. 2.

H 5 men-

mendacio & hæresi triumphum agere; ut eius aduersarii in conspectu tanti splendoris, & in tanta vniuersæ Ecclesiæ lætitiâ positi, vel debilitati & fracti tabescant, vel pudore affecti & confusi aliquando resipiscant.

DECLARATIONES.

1 *Vtq; in processionibus reuerenter.*] Magis decet, ut solemnitas Venerabilis Sacramenti celebretur in Cathedrali Ecclesia, quam in alia, ex eaq; sumi Sanctissimum Sacramentum, & in processione per vias publicas circumferri, & ad eandem Ecclesiam referri, totiusque rei agendæ auctoritas penes Capitulum sit.

REMISSIONES.

¶ *Vide P. Ægid. de Conink de Sacr. & censuris q. 73. n. 15. & qu. 76. num. 85. P. Soar. tom. 3. disp. 35. P. Valer. Reginald. in praxi theol. pœn. li. 2. n. 37. in fin.*

β *Latria cultu, qui vero Deo debetur.*] Vide Repert. Inquisit. verbi Latria, Azeued. ad l. 2. n. 14. tit. 1. li. 1. nouæ Recopil.

γ *Peculiari quadam, & festo die.*] Concordat text. in Clem. ynic. Reliquijs, & venerat. Sanctior.

CAPVT VI.

De asseruando sacre Eucharistia Sacramento, & ad infirmos deferendo.

a *infr. can. 7.*
c *sanc. de celebr. miss. c. 1.*
de *custo. Euchar. c.*
Presbyter. de *10. f. dist. 2.*
o. 1. *Nicani*
fortè c. 14.
c *Conc. Rhemen. c. 2.*
Conc. *Lat.*
sub *Inn. 3. ca. 26. c. præsente 93. dist.*
d *Ancy. c. 6.*
r. *M. an. c. 12.*
Carth. *4. c. 77. 78. Agathon. 4. 13.*
etc.

α β γ **C**onsuetudo a asseruandi in Sacratio sanctam Eucharistiam, ad eò antiqua est, ut eam sacrum etiam b Nicæni Concilij agnouerit. Porrò deferri ipsam sacram Eucharistiam ad infirmos, & hunc vsum diligenter in Ecclesijs conseruari, præterquam quòd cum summa æquitatè & ratione coniunctum est, tum multum in c Concilij præceptum inuenitur, & vetustissimo Catholicæ d Ecclesiæ more est obseruatum. Quare sancta hæc Synodus retinendum omnino salutarem hunc & necessarium morem statuit.

REMIS

REMISSIONES.

Vide Pat. Henric. in sum. li. 8. c. 28. §. 2. lit. H. P. Aegid. de Sacra. & censur. q. 76. nu. 85. cum seqq.

β Consecutio asseruandi in Sacram.] Concordat tex. in cap. Sanè, de celebrat. Missar. c. Presbyter, de consec. dist. 2. c. 1. de custod. Eucharist.

γ An Episcopus possit concedere licentiam asseruandi sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in Ecclesia non Parochiali pro adoratione populi? Negatiuè decidit c. in tribus, §. tantæ, de consecrat. dist. 1. Resoluunt Rubin. decif. 29. Aloyf. Ricci. in collect. decif. p. 4. col. 1216.

CAPVT VII.

De preparatione, qua adhibenda est, vt dignè quis sacram Eucharistiam percipiat.

SI non decet ad sacras vllas functiones quempiam accedere, nisi sanctè; cenè, quo magis sanctitas & diuinitas cœlestis huius Sacramenti viro Christiano comperata est, eò diligentius cauere illè debet, ne absque magna reuerentia & sanctitate ad id percipiendum accedat; prefertim cum illa plena formidinis *β* verba apud a Apostolum legamus: Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans Corpus Domini. Quare communicare volenti reuocandum est in memoriam eius præceptum: *β* Probet *γ* seipsum homo. Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, vt nullus sibi conscius mortalis peccati, quantumvis sibi contritus videatur, absque *δ* præmissa Sacramentali Confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat. quod à Christianis omnibus, etiam ab ijs sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, hæc sancta Synodus perpetuò seruandum esse decreuit, *ε* modò non desit illis copia confessoris. quod si, necessitate urgente, sacerdos absque præuia confessione celebrauerit, quam primum confiteatur.

a 1. Cor. 11. c. quid ergo. c. sic in iudic. c. timorem. de cõf. dist. 2. b 1. Cor. 11. c. qui sceleratè, de cõf. dist. 2. c. quotidie, c. panè de cõf. dist. 2. c. omni qui. c. sig. de pan. dist. 1. c. c. in fr. can. 11. d infr. can. 11.

REMIS-

REMISSIONES.

Vide Nauar. in man. c. 2. nu. 7. cum seqq. & in tractat. de Orat. Miscel. 39. nu. 155. & in cap. Fratres, de pœn. dist. 3. num. 100. P. Henriq. in sum. li. 8. c. 34. §. 3. lit. P. Sayr. de Sacram. in genere li. 2. c. 47. q. 3. art. 2. P. Egid. de Sacram. & censur. q. 80. num. 5. cum seqq. P. Valquez in 3. p. D. Thom. tom. 3. disp. 208. à nu. 1. P. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. li. 2. g. nu. 98.

β Verba apud Apostolum legamus.] Conc. 1. ad Corint. c. 10. vers. 17. Relata in cap. Quid ergo, cap. Sancta, cap. Sicut Iudas, ca. Timorem, de consecr. dist. 2.

γ Probet seipsum homo.] Concordat text. in cap. Quotidie, cap. Quod sceleratè, cap. Panem, de consecr. dist. 2. Vide P. Valquez d. 10. 3. disp. 180. num. 52. Petr. Ledesm. in sum. p. 1. tract. de Euchar. c. 10. conclus. ver. A esta duda.

δ Abiq. pramissa Sacramentali Confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat.] An de iure diuino sacra peccatorum lethalium confessio ante Eucharistiam fieri debeat? Vide P. Azor. inst. Moral. p. 1. li. 10. c. 31. q. 2. Petr. Ledesm. d. tract. de Euchar. c. 11. conclus. 8.

ε Modo non desit illis copia confessoris. quòd si necessitate urgente, &c.] Vide P. Azor. d. c. 31. qu. 3. plures pe. Cened. ad Decret. collect. 93. nu. 1. Valquez tom. 3. disp. 208. à nu. 5.

CAPIT. VIII.

De usu admirabilis huius Sacramenti.

a c. quid est. cum seq. c. duplienter, &c. in illo, de conf. dist. 2. Augustin. contra Donat. sape. Prosper in lib. sentent. b Gal. 3.

c infr. can. 8. Matt. 22.

d c. relatum de conf. dist. 1. infr. can. 10.

Quoad usum autem, a rectè & sapienter Patres nostri tres rationes hoc sanctum Sacramentum accipiendi distinxerunt. quosdam enim docuerunt sacramentaliter duntaxat id sumere, vt peccatores; alios tantum spiritualiter, illo s nimirum, qui voto propositum illum celestem panem edentes, fide viua, b quæ per dilectionem operatur, fructum eius & utilitatem sentiunt: tertios porro sacramentaliter simul & spiritualiter; hi autem sunt, qui ita se prius probant, & instruunt, c vt vestem nuptialem induti ad diuinam hanc mensam accedant. β In sacramentali autem sumptione temper in Ecclesia Dei mos fuit, vt latenti à sacerdotibus Communionem acciperent; d sacerdotibus autem celebrañtes se ipsos communicarent: qui mos

a tax

tanquam ex traditione Apostolica descendens, iure ac merito retinere debet. Deum autem paterno affectu admonet sancta Synodus, hortatur, rogar, & obsecrat per viscera misericordiae Dei nostri, ut omnes & singuli, qui Christiano nomine censentur, in hoc unitatis signo, in hoc vincula charitatis, in hoc concordiae symbolo iam tandem aliquando conveniant & concordent; memoresque tantae maiestatis, & tam eximij amoris Iesu Christi Domini nostri, *b* qui dilectam animam suam in nostrae salutis pretium, & carnem suam nobis dedit ad manducandum; haec sacra mysteria Corporis & Sanguinis eius fidei constantia & firmitate, ea animi devotione ac pietate & cultu credant & venerentur, ut panem illum super substantialem frequenter suscipere possint; & is verè eis sit animae vita, & perpetua sanitas mentis; cuius vigore confortati, ex huius miserè peregrinationis itinere ad caelestem patriam peruenire valeant, eundem *c* panem Angelorum, quem modò sub sacris velaminibus edunt, absque vlllo velamine manducaturi.

Quoniam autem non est satis, veritatem dicere, nisi detegantur & refellantur errores; placuit sanctae Synodo hoc Canones subiungere, ut omnes iam agnita Catholica doctrina, intelligant quoque, quae ab illis haereses caueri vitarique debeant.

REMISSIONES

Vide Mirand. q. 7. de Corpore Christi, P. Henric. in sum. lib. 8. c. 34. P. Valquez ad 3. p. B. Thomae, tom. 3. disput. 212. à num. 1. p. Aegid. de Conink. de Sacram. & censur. q. 89. art. 1. & q. 82. num. 16. *β* In Sacramentali autem sumptione, &c. Vide Beiam casuum conscientiae p. 4. casu 14. vers. praeterea.

DE SACROSANCTO

Eucharistiae Sacramento.

CANON I.

Si quis negaverit, *d* in sanctissimae Eucharistiae Sacramento

d Sup. cap. 3. Concil. Constantiense.

mento contineri verè, realiter, & substantialiter Corpus & Sanguinem vnà cum anima & diuinitate Domini nostri Iesu Christi, ac proinde totum Christum; sed dixerit tantummodò esse in eo, vt in signo, vel figura, aut virtute; anathema sit. ^o

C A N O N II.

<sup>a Conc. idem
de panis at-
que vini.
V. 16. 17.</sup> ¶ Si quis dixerit, ^a in sacrosancto Eucharistiæ Sacramento remanere substantiam patris & vini, vnà cum Corpore & Sanguine Domini nostri IESU CHRISTI; negaueritque mirabilem illam & singularem conuersionem totius substantiæ panis in Corpus, & totius substantiæ vini in Sanguinem, manentibus dumtaxat speciebus panis & vini; quam quidem conuersionem Catholica Ecclesia aptissimè ^b Transubstantiationem appellat; anathema sit.

C A N O N III.

<sup>a Conc. Flo-
rent. in decr.
Eugen. ad
Amenos.
supr. c. 1. &
Infr. Sess. 21.
a. 1. de comm.</sup> ¶ Si quis negauerit, ^c in venerabili Sacramento Eucharistiæ sub vnaquaque specie, & sub singulis cuiusque speciei partibus, separatione facta, totum Christum contineri; anathema sit.

C A N O N IV.

^{d supr. c. 3.} ¶ Si quis dixerit, peracta consecratione, in admirabili Eucharistiæ Sacramento non esse Corpus & Sanguinem Domini nostri Iesu Christi, sed tantum in vsu, dum sumitur, non autem antè vel post, ^d & in Hostijs seu particulis consecratis, quæ post Communionem reteruantur vel supersunt, non remanere verum Corpus Domini; anathema sit.

C A N O N V.

<sup>e Vide Conc.
Florent. ibid.
supr. c. 2.</sup> ¶ Si quis dixerit, ^e vel præcipuum fructum sanctissimæ Eucharistiæ esse remissionem peccatorum; vel ex ea non alios effectus prouenire; anathema sit.

C A N O N VI.

^{f supr. c. 3.} ¶ Si quis dixerit, in sancto Eucharistiæ Sacramento Christum vnigenitum Dei filium non esse ^f cultu latræ, etiam ex-

Externo, *1* adorandum, atque ideo nec festiua peculiari ce-
lebritate venerandum, neq; in Processionibus, secundum
laudabilem & vniuersalem Ecclesie sancte ritum & con-
suetudinem, solenniter circumgestandum, vel non publi-
ce, vt adoretur, populo proponendum, & eius adoratores
esse idololatrias; anathema sit.

CANON VII.

7 Si quis dixerit, non licere sacram Eucharistiam *a* in Sa- a Supr. c. 6.
crario referuari, sed statim post consecrationem altanti-
bus necessariò distribuendam; aut non licere, vt illa ad in-
firmos honorifice deferatur; anathema sit.

CANON VIII.

8 Si quis dixerit, Christum in Eucharistia exhibitum,
spiritualiter tantum manducari, *b* & non etiam sacramen- b Supr. c. 6.
taliter ac realiter; anathema sit.

CANON IX.

9 Si quis negauerit, *c* omnes & singulos Christi fideles c cap. omnis
vtriusque sexus, cum ad annos discretionis peruenerint, uirisq; de
teneri singulis annis, *2* saltem in Paschate, ad communi- pan. & re-
candum, diuxta præceptum sancte matris Ecclesie; ana- miss. Concil.
thema sit. Lat. sub Inn.

CANON X.

Si quis dixerit, *e* non licere sacerdoti celebranti seipsum
communicare; anathema sit. 3. c. 21. & inf.
Sess. 4. Cap.
8. de panis.
d Conc. Lat.
sub Inn. 3.
cap. 21.
Vide post
suam hu-
ius libri.
e Supr. c. 8.
f Supr. c. 17.

CANON XI.

** 10* Si quis dixerit, *f* solam fidem esse sufficientem præpa-
rationem ad sumendum sanctissime Eucharistie Sacra-
mentum; anathema sit. Et, ne tantum Sacramentum
indigne, atque ideo in mortem & condemnationem
sumatur; statuit atque declarat ipsa Sancta Synodus,
illis quos conscientia peccati mortalis grauat, *g* quan- g Supr. c. 7.
tumcunque etiam se contritos existiment, habita copia
Confessoris, necessariò præmittendam esse Confessio-
nem sacramentalem. Si quis autem contrarium docere,
prædi-

prædicare, vel pertinaciter asserere, seu etiam publicè disputando defendere præsumserit, eo ipso excommunicatus existat.

DECLARATIONES.

1. *Adorandum.*] Non licet Sanctam Eucharistiam ad eos ægratantes deferre, qui morbi gravitate impediti sumere eam non possunt, ut scilicet ipsi infirmi venerationis gratia eam deosculentur: & si forte aliquo in loco talis est consuetudo, ea prorsus est tollenda. vel sic Sanctissimum Sacramentum ad infirmos deferendum est, ut illi sumant, non autem ut adorent tantum, sicuti fit in aliquibus locis, quod Pius V. prohibuit.

2. *Saltem in Paschate.*] Querebatur, stante privilegio Minoribus alijs Religiosis concessio, ut omni tempore (præterquam in die Dominicæ Resurrectionis) possit ab illis Eucharistia sumi; an qui ab intra Dominicam in Albis Eucharistiam perceperunt, præcepto quo in ea. *Omnis, de penitentiâ & remissione* satisfecerint? Congregatio die 23. Januar. 1586. censuit negativè, quia d.c. *Omnis* sicut valet quod quis proprio Parocho confiteatur, ita a proprio etiam Eucharistiam sumat: & quia subdit, *nisi forte de propriis sacerdotis eum duxerit abstinendum ab Eucharistia*, ab eodem recipi debet Eucharistia; eius enim est destruere, cuius est condere, l. *vt. Cod. de leg. Jul. ibid. nu. 13.* Et magis, quod tunc Religiosi non poterant hoc Sacramentum ministrare. Card. in *Clem. l. n. 2. de privil.*

Dubatur rursus, An eis, qui infra dictum tempus, de manu parochi Eucharistiam acceperunt, & sic præcepto Ecclesiæ satisfecerint, vel intentionem habent, priusquam labatur octava Paschatis, de manu Parochi eam sumere, licitum sit ipso Resurrectionis die extraneorum manu communicare? Congregatio die 23. Januarij 1586. censuit id non esse licitum, cum sit expressè prohibitum, Naut. annualis c. 21. nu. 52. Itaque in Paschate sumenda est Eucharistia in propria Parochia: nec excusatur sumens in hebdomada sancta, vel immediate post Pascha extra eam.

Famuli quoque seculares in monasterijs Regularium Ord. Cisterciensis habitantes non sunt cogendi accedere ad ecclesiam parochialem, nec ibi Sacramentâ accipere, nisi tempore Paschali resurrectionis D. N. Iesu Christi. Ita in vna decisione data Episcopo Tornacensi die 20. Febr. 1576.

REMISSIONES.

CANON I.

Vide Pat. Henricanum lib. 8. c. 20. §. 4. in princip. Valent. disp. 41.

- qu. 3. Pat. Ægid. de Conink. de Sacram. & censur. q. 75. n. 3. Pet. Ledef. in sum. p. 1. tract. de Eucharist. c. 1. concl. 5.
- ¶ CANON II. Vide P. Henric. in sum. l. 8. c. 30. §. 2. lit. I. Pat. Vasquez in 3. p. D. Thomæ tom. 3. disp. 180. num. 108. & disp. 194. nu. 4. Pat. Ægid. de Sacram. q. 75. n. 49. & nu. 171. & qu. 77. art. 1. P. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. li. 29. n. 36. Pet. Ledelm. d. tract. de Euchar. c. 6. con. 2. & 3.
- ¶ CANON III. Vide P. Henric. in sum. li. 8. c. 27. §. 4. lit. K. P. Ægid. de Sacram. & censuris q. 74. n. 3. & n. 191. & q. 75. n. 49. & 168. & q. 76. nu. 32. Pat. Vasquez tom. 3. disp. 188. nu. 2. & 15. P. Valer. Reginald. d. lib. 29. num. 37.
- ¶ CANON IV. Vide P. Henric. in sum. li. 8. c. 29. in princip. lit. C. Bald. Iun. super opera controu. Bellarm. p. 2. li. 3. cap. 5. P. Ægid. d. q. 74. num. 26.
- ¶ CANON V. Vide P. Henric. in sum. lib. 8. c. 26. in principio lit. B. Ægid. de Sacramentis qu. 79. nu. 53. P. Vasquez d. tom. 3. disp. 205. num. 2.
- ¶ CANON VI. Vide Can. lib. 5. de locis Theolog. cap. 5. col. 144. & lib. 12. cap. 11. colum. 441. Pat. Henric. in sum. lib. 8. cap. 32. §. 3. lit. D. & cap. 42. §. 2. lit. H. P. Ægid. de Sacrament. tom. 1. qu. 76. nu. 86. P. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 29. nu. 37. in fine, P. Soar. tom. 3. disp. 65.
- ¶ CANON VII. Vide Bald. Iunium super opera controu. Bellarm. p. 2. li. 3. c. 5.
- ¶ CANON VIII. Vide P. Vasquez in 3. p. D. Thom. to. 3. disp. 212. num. 3.
- ¶ CANON IX. Vide P. Ægid. de Conink. de Sacrament. & censuris qu. 80. n. 102. cum seqq. P. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. li. 29. nu. 57. in fin.
- ¶ CANON X. Vide Sorum in 4. dist. 2. qu. 5. art. 4. col. 14. Can. de locis Theolog. lib. 3. col. 189. ad fin. cum seqq. P. Ægid. de Sacram. tom. 1. q. 80. nu. 5. cum seqq. P. Azor. inst. moral. par. 1. li. 10. cap. 31. col. 1046. P. Soar. tom. 3. disp. 66. sect. 3. vers. Sed quæres, P. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. li. 20. nu. 53.

DECRETVM DE REFORMATIONE.

CAPVT I.

Datur forma qua Episcopi debent residere, subditos cum prudentia corrigere, à cuius visitatione nemo appellet, &c.

EAdem sacrosancta Tridentina Synodus, præsidentibus in ea eisdem sanctæ Sedis Apostolicæ Legato & Nun-